


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Jo. Jesu Ant. D. P.

IN

Q. CALABRI,

SEV

COINTI SMYRNÆI

PARALIPOMENΩN

Libros XIV.

CL. DAVSQVEII

Adnotamenta.

Item in

TRYPHIODORVM, ET

COLVTHVM.



Prostat FRANCOFVRTI in officina AVBRIANA.

M. DC. XIV.



Digitized by Google

Digitized by Google



INTEGERRIMO VIRO DOMINO CAROLO DE PAR

ABBÆ SANCTAMANDI SV-
spirato Sereno Hilario Alypio
εὐδαιμονεῖν εὐπράττειν.



Vò te QVINCTE *rapis? quò te*
iubet impetus ire?
Arma crepas, lituos, vulnera,
bella, neces.
Bella vel Inachiis ad nos redeuntia
seclis:
Quæ periere diu, tu rediuiua canis.
CAROLVS *hic artes, meditatur, & otia pacis:*
Ipse sibi blandus, blandus & ipse aliis.
Anne quòd & clemens, & blandus, & otia Musis
Grata colit, vatem diliget, atque colet?
Inclemens dominus Cambyses: at patris instar
Cyrus amabilior: Cyrus hic alter adest.
Corrugesque sinus discludit amabile frontis

† 2

Aequor: progenitor talis AMANDVS *erat.*
Mitis ab ingenio aeternum exambibat honorem,
Mandraram per iter quò sibi strauit iter.
Vidimus in tenero tenerascere corpore mentem:
Vt creuit: pietas creuit & ipsa simul.
Nec tarda incrementa: Deo duce, & auspice A-
MANDO,
Heu! quoties multa nox vigilata prece est?
Tandem pro meritis apicato vertice Papa
Conspicuum esse dedit, cœnobii, & regimen.
Vertice sub tanto haut trepidant discordia mem-
bra,
Non sine amore metus: non amor absq; metu.
Fratres vt frater iuuat auxiliaribus actis,
Et prece, & exemplis, consiliisq; catis.
Monstra secat cupidis animi, ceu nescia falcis
Sylua cupit cerni sub breuiore coma.
Impercussa gregis vitalia seruat, & exit,
Dentato insidias quas struit ore draco.
Cœnobii facinus nullum est deforme sub illo:
Quamlibet oblatret ter Pharisaa cohors.
Imperium perferre suum sat doctus, habenas
Vt prosit, non vt præsit, habere tulit.
Tanto in honore, viri rara est moderatio tanta!
Nec vis erectum derigit vlla animum.
Aude QVINTE *virum, quo non clementior alter*
Affari

Digitized by Google

Asseri, & paci promtianata doce.
Ne, si CAROLVS, *aut vitiis indicia* AMANDVS
Bella, time: Virius suggerit arma tibi.
Vt quas ipse canis pugnas, sunt semina pacis:
Dum quærunt Monachi prœlia, pace inhiant.
Exstat Amandinis affabrè intersita septis
Bibliotheca: quies hîc placeat placida.
Inuenies nidum, quo delectabere presso,
Non minùs, ac toto si vagus orbe suas.
CAROLE, *se* QVINTVS *tibi dedicat; ipsa recessus*
Des operam, oppandat bibliotheca suos.

Amplitudini tuæ venerandæ addictissimus

CL. DAVSQVEIVS
Sanctomarius.

Digitized by Google

Humano Lectori.

QVI peculiari studiorum genere attinentur, plerumque semper nihil sequendum putāt, nisi quod prçiuerint ipsi, aut se vtcunq; delectatos senserint. Ita fit, vt animi sui sententiæ vniuersi iudicium improbè, & cum ὑπερβαλλούσῃ φιλαυτίᾳ postferant. Scio illos naturæ suæ sequi semina (vtinam non maledicentiæ) meminerint tamen, quantum sibi, tantum alieno electui libertatis ac licentiæ permittere: vt quo ingenii cuiusq; pondus vergit, ferri sinant. Nam seu vires astrorum cōgitatione peruaseris, seu singulorum indolem, aut consuetudinis rationē, nunquam post natos homines cuncti in eandem studiorum orbitam se redegerunt. Apposite Poeta noster:

Πᾶσι δ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμὸν γένος· ἀλλ' ἐπὶ ἔργοις
Στρωφῶνθ' ἄλλος ἐπ' ἄλλα· πέλει δ' ἄρα κοινὰ φέριστον
Ἔργον, ὅ, τι φρεσὶν ᾗσιν ἐπισσάμενος πονέηται.

Desinant ergo nonnulli malè feriati per iner-

inertiam, ac secordiam meliores literas allatrare, atque Philologiæ laudem futilibus verbis deterere: desinant aliorum occupationes depretiare, dum maximarũ quarumcunque rerum aut studiorum vmbras iactantiùs personant. Et nos vtrum Theosophiæ latifundia coluerimus, prolata benigna messe olim aperiemus. Tantisper pusilla ex aduersariis nostris legimus, scribimus, recentamus, & qualiacunque sint, Philologis obiicimus:

Paruaq; cœlestes pacauit mica, nec illis Tib. l. 4.
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.

Adnotamenta igitur, *Humane Lector*, in Q. Calabrum scripsi, non in ipsum Interpretem, quem curiosè cum Græcis versibus, & anxiè componere consilium non fuit: tali namq; πολυπραγμοσύνη nihil exhausti satis sit. Vix vno, alterove loco Interpretamentis abstrusę veritatis acumen admoui, idq; ad imperium magistræ necessitatis; & tunc ex senticeto emersum me cum cuperem, in aculeos Interpretis altiùs ne induerer, prouisu meo caui, oculos abstinui, manumq;. In hunc item *Q. Calabrum* Brodæus edecumati iudicii vir lucu-

brationum suarum symbolas contulit: nõ-
sus que, deq; habui, comparaui cum meis,
& copulaui, quæ visa sunt potissima; nec
sine crebra, iucũda, atq; perhonorifica vi-
ri tanti recordatione. Adeo nec illi famam
inuidi, nec laboris consortium, nec *Hu-
mana Lectori* fructum, quem à me va-
lere, ac saluere iubeo. Torna-
ci M. DC. XII. X. Cal.
Decemb.

CL. DAVSQVEIVS.

Iudicia

Digitized by Google



Iudicia VIRORVM ILLVSTRIVM DE CLAVD. DAVSQVEIO.

IVSTVS LIPSIVS

Analectis Lib. V. de Militia Romana Dialogo IX.

Fraxare, vigiliam circuire] Dubitabat Claudius Dausqueius vir vtriusq; linguæ bene sciens, an non à Græco ductum esset, περὶ τὸ φράξαι: quia sic muniuntur Vigiliæ. Prudentius ea forma ἐκ τοῦ χαράξαι fecit *Charaxare.* Idem Dausqueius suprà, vbi in Græco est πληροῦσι τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, de Velitibus suspicabatur τηροῦσι: vti Polybius in hac ipsa re loquitur.

In S. Romano: charaxat ambas angulis scribtis genas.

IVSTVS LIPSIVS.

Tua libens vidi, libentior legi, & rumjnatus sum: sanè polita, & quibus lima mea deterere aliquid potuerit, non læuigare, aut ornare. Itaque eam insuper habui, nec

Centur. I. ad Belgas epist. LXII.

Superflua agere. Ne diuturnus sim. Fluxa.

libuit, nec mos meus est περιεργάζεσθαι. Μὴ ὠ-ραιοσιν ἴχοιμι, nisi recta hæc, nõ ἑλικτά loquar. Voluissem inquirere alibi in sententiam, fateor: sed ipsius Basilii copia mihi, aut inspectio non fuit. Quid autem opus? Te in istis ante me, & alios etiam, qui sibi proceres videntur, esse, liquidò scio. Sume fiduciam ex merito, sed non superbiam, quæ nec in ingenium tuum, nec vitæ genus cadit. Seriùs tua scripta accepi, id est, ante dies IX. aut X. ne tarditatem accuses. Epigrammation habes, quod tuis præscripsi.

IN

DIVI BASILII SELEVCENSIS ORATIONES VERSAS À CLAVD. DAVSQVEIO

I. LIPSI

Epigrammation.

GRæca vertere vertit in frequentem
Vsum nunc hodie, sed anne laudem?
Non hercle: neque versio omnis audit
Fida sensibus aut polita verbis.

Quod

Quod qui præstitit, ille laudis omne
Punctum, iudice me tulit: tulisti
Omni iudice tu erudite DAVSQVEI,
Qui sacrum BASILII, *& elegantem*
Librum veste decenter induisti
Romana: atque adeo decenter, inquam,
Vt iam pallia spernat, & Seleuci
Vrbem præ Latiare mutet orbe.

IVSTVS LIPSIVS
CL. DAVSQVEIO.

MAnum tuam agnoui, & libens vidi: quòd si non illam, stilus tamen prodebat. Quàm pauci enim sic scribant (neminem dicere religio sit) inter meos Belgas? Sed domum te redisse, & placere eam, hoc placet: quod idem mihi. Ego cursu vorsoriam cepi, nec vela, aut remi faciebãt satis: adeo fugiebam istos amicos quidem, sed qui εἰλαπινάζουσι, πίνουσί τε οἴνοπα οἶνον.

Centu. 5. Miscell. Postuma epist. 4.

Corpusculum meum, & viriculæ, vt sic loquar, non subsistunt nunc istis. Sermones alioqui capiũt, & illa comitas Antuerpiensium propria: sed huic quoque melli fel suum, & natali sorte nostra

Cõuiuantur, & intemperanter pocula Bacchi.

—Nunquam hominum infelicia secla. Gaudia libamus plena & solida.

—— οὔπω τι φῦλα δυσπαθέων ἀνθρώπων —
Τερπωλῆς ἐπέβημεν ὅλῳ ποδί ——

Ego pedem struxi, & redii. Apud me nunc sum, sed nondum ille, qui Italo respondi. Tunc θυμός, καὶ αἷμα, vt ais: nunc intentum nihil, aut feruens, sed πάρεσις, καὶ χάλασμα, καὶ ψυχρότης. Agnosco imbecillum illud, καὶ ἀκατάστατον hominis, & vitam hanc fluxum, & refluxum vel Euripi illius esse. De Basilio tuo, puto ex illo promisso publico te posse in vtramque aurem. Nam de nomine tuo omittendo, & de tam insigni plagio, qui possit? Æuum ad omnia praua fateor: sed nondum, opinor, ἀναιδὴς εἴη οὕτως ἀχάλινος. Si erit, nos in gyrum reducemus, vel publico scripto. nam mihi hæc pernota. Ad Silium, quod attinet, nihil te moretur, si decreuisti. Amicus ille ab Antuerpia μεγαλοπράγμων magis, quàm πράκτης: nec vltra verba, aut promissa res ibit. Imparem etiam puto, vt rem dicam. Περὶ τοῦ Δουκὸς puta ab Alexandro mihi impressam σφραγῖδα σιωπῆς. Sed neq; suadeam ad illum, ob causas, quas coràm mallem. Vale V. R. & animo huic care. Louanii v. Idus Iunias ∞.IↃ CII.

Spiritus, & sanguis.

Et instabile.

Impudentia sic sit effrena.

Magna iactitans.

Actor.

De Duce.

Sigillum silentii.

Ex literis

FEDERICI IAMOTII AD CLAVD. DAVSQVEIVM.

LEgi, Vir doctissime & diligenter expendi Latinam tuam Interpretationẽ: ex eiusq; cùm Græcis Basilii collatione insignem quandam, plenamq; vtilitatis cepi voluptatem. Animaduerti enim tuis in scriptis expressas quasdam excellentis doctrinæ, & ingenii notas, & tot vbiq; aspersa verborum, & sententiarum lumina, vt ex his paucis facile perspicere liceat, quid reliquo toto opere præstare potueris. Quamobrem partim tuorum scriptorum elegantia permotus, partim publica vtilitate, quæ ex istis libris percipietur, adductus, te vehementer etiam, atq; etiam hortor, vt primo quoq; tempore hæc in publicum proferas, fructumque laboris tui cum cæteris, antiqua illa naturæ, atque humanitatis lege communices: magnam à studiosis omnib. gratiam initurus.

FRONTO DVCÆVS

In Tractatum XI. S. Chrysostomi.

Dum fodiendo venas] τὰς φλέβας κατασκυλεύοντες habuit manuscriptus codex, *Venas spoliantes, vel denudantes*: aptior tamen erit lectio διακοκαλεύοντες, vt legendum coniecit Cl. DAVSQVEIVS, *dum fodiendo venas aperiunt.*

PETRVS RIBADENEIRA

Catalogo Illustrium Scriptorum.

Edito anno M. D. CVIII.

CLAVDIVS DAVSQVEIVS natione Belga, patria Andomaropolitanus Theologus rara Græcarum literarum peritia, vertit è Græco sermone *Basilii Seleucensis Episc. Homilias XLIV.* Notisq; eruditis illustrauit. Expectantur eiusdem Notæ in *Q. Calabri* παραλειπόμενα, & in *Silium Italicum* de Bello Punico Secundo.

CLARVS BONARSCIVS (Scribanius)

Lib. II. Amphitheatri cap. XIII.

IAm illud altum in te, in magno *Turriano, Peltano, Pisano, Dausqueio, Bronwero, Pontano, Radero*

dero Græcarum literarum, qua *bolide pertentabit? inuadosum est hoc pelagus Gebennensi scholæ.

Ibidem.

Neque ego diutius *Dausqueium* premo. Vide quàm denso pede non iam semitas, sed impleat iugera, quoties Latios prosciderit campos nobilioris calami vomere!

Quotiesq; verba Græca carminauerit, à quacunque doctiore mente iudicabitur

Tenuisse celsa iunctus Pindaro,
Montemq; victor isse per biuerticem
Nulli secundus inter astra Delphica.

Quantum rerum, quantum sententiarũ, quantum antiquitatis in vno pectore! qui, quidquid in annalib. fidele, quidquid apud Grammaticos eruditum, quidquid in Poetis varium, vnus hausisti iustus hæres veterum literarum.

In Claud. Dausqueii versiones Græcas & commentationes,

IANVS GRVTERVS.

In Latium Argolicam, Dausquei, tua dextera gazam
Dum transfert, plaudit Græca Latina Charis.
Illam at vbi vberius commendas flumine lingua;
Illico submittit Gratia terna caput:
Perque suam iurat Venerem, Venerisq; puellos,
Quos colit & flexo Musa & Apollo genu;
Aut Dausqueii, inquit, latitat sub imagine Suada
Romula, cui Peitho Dorica fida comes:
Aut aliquid Dausqueius est, cui Suada Quiritum,
Græcaq; cui Pallas, se neget esse parem.

Digitized by Google

BREVIARIVM LIBRORVM Q. CALABRI.

Libro I.

Tersites cecidit, formosaque Penthesilea.

II.

Occidit Antilochus: virtus quoq; Memnonis atri.

III.

Tandem indefessi vis exanimatur Achillis.

IV.

Funus Achilleum vario certamine honestant.

V.

Aiax dementit, ferroq; incumbit acuto.

VI.

Eurypyli ferro Mireus cadit, atque Machaon.

VII.

Pyrrhus bellaces animos in Troas obarmat.

VIII.

Instat vi patria Pyrrhus: vita Eurypylum orbat.

IX.

Deterso pædore venit Pæcintius heros.

X.

Nota Philoctetæ virtus: Paris occidit, ardet.
Ardet & Oenone; vetus vt recruduit ardor.

XI.

Pugna de varia varius successus, & anceps.

XII.

Dii bellantur: equi moles operosa triumphat.

XIII.

Ilios insidiis, ferro euastatur, & igni.

XIV.

Tempestas Graios lacerat: pessundatur Aiax.

IN. Q.

IN
Q. CALABRI
SEV
COINTI SMYRNÆI
Paralipomenων Libb. XIV.
Cl. DAVSQVEII
Adnotamenta.

Q. Calabri] Veterum Scriptorum nomina nothis expungere, ecquid aliud est, per Deum immortalem, quàm vita functorum vmbras stylo persequi, quando eas ferro diuerberare non licet? Gellium, Florum, Fenestellam nullum nobis reliquum fecit scripturientium prurigo. Mittamus hos: de *Q. Calabro* indicio experiamur. Q. Calabrum eliminant: *Cointum Smyrnæum* inliminant. Quo consilio? quibus indiciis? qua veterum fide? Ad Smyrnam pauit oues, clamant, & hoc ipsius versus clamant. Ita Parrhasius, Rhodomanus, alii. Quid postea? Nemo igitur homo alibi natus Smyrnæ pascere potuit, aut etiam, si diis placet, æuum agere? Alemanni quotquot in Belgio bellabantur olim,

Digitized by Google

Belgæ erant? Macedones in Illyria fuere Illyrii? in Thracia Thraces? in Perside Persæ? in India Indi, Macedones? Pari ergo delirio quisquis ab Africa Romam venit, Romanus fuit; Afer non fuit. Vna, eademq; ratione consulatus Q. Balbo mandatus est, non Gaditano, non extraneo; sed viro Romano, sed Italo: Romæ namque id honoris gessit. Dicant, & doceant eadem opera Calabro nulli visam Smyrnam, aut Smyrnæ pascuales agros. Sed quid si contra pertendero rusticanæ rei peritissimos fuisse Calabros, & inuulgata peritiæ opinione, accitos è Calabria, qui ad Smyrnam rurarentur, & pascerent, vt olim è Syris, & Getis lecti sunt serui? Hoc esse potuit: illud fuit. Silius Italicus:

Cum Calabros vrunt ad pinguia pabula saltus.

Flaccus Argon. Venusinus vates *Calabri hospitis pyra* commemorando laudat, lib.3. — *Calabris redit armentarius aruis.* Horat. lib.1. Od.31. *Non æstuosæ grata Calabriæ Armenta* —— Idem Ven. Columella oues numerat generis eximii *Milesias, Calabras, Appulasq́;.* Quid tandem vetat poetam nostrum *Q. Calabrum* esse, ac dici; esto, ad Smyrnam oues pauerit? Sed Smyrnæus esto, Asianus esto, Græcus esto: vnde illi prænomen è Latio petitum? Hoc vt ἐπροσδοξοιῶντις obtegant, *Cointum* volunt, *Quintum* scribi grauantur. Bellissime nugantur. Q. Flaminium Plutarchus Κόιντον Φλαμίνιον scribit, nec vsquam aliter: Appianus in Ciuilibus Κόιντου Οὐαλέριον, Κόιντον Κεπίωνα, vulgo *Quintum* Valerium, *Quintum* Cepiona, aut pro eodem literam Q. ponunt. Κόιντον Græci in omni historia Romana reposuerũt, vbi

Libr.7.c.2. de re rustic.

vbi Latini *Quintum* posuerant. Inane vt sit tam diuturno vsu corroboratam scribendi rationem conuellere, & Latinis auribus K*öintum* insolenter obtrudere. à me est doctissimus vir Pierius in septimam Æneadem. Verum καινοτομοῦσι κενεμβατεῖν solenne est. Ex iis non nemo tamen blandiloquentia futili mundo molitur imposturam facere. Reiicere se aut damnare vulgatam *Calabri* appellationem negitat, & suppositiam vociferatur. Euge verò. Suppositia est appellatio: reiicere igitur, aut ὀβελίζειν quid trepidas, ô iste, quisquis es? Non animaduertis secum valide pugnare, suppositiam appellationem, &, non reiiciendam, neque damnandam? Damno, & reiicio, quæ suppositicia duco, & mecum alii: tu quid?

Paralipomenων] *prætermissorum*, ab Homero videlicet. *Paralipomena* non inconcinnè *Restantia* dixeris. Cum Homerus *pertinacem* Achillis *iram* duntaxat eo dicere animo imbibisset, & quantæ per illam heroum animæ terram subissent: Ilii vastationem non est exsecutus. Quam belli Troiani catastrophen hianti cupiditate scribendi cecinere alii. Ex Latio *Macer* teste Ouid. de Ponto lib. 2. Eleg. 10. Μῆνιν.

Tu canis æterno quicquid restabat Homero:
Ne careant summa Troica bella manu.

Camerinus eiusdem fide libro 4. de Ponto Elegia vltima:

Quiq; canit domito Camerinus ab Hectore Troiā.

Plures omnino videntur exscidium Troiæ, quàm obsidium scripsisse. Obsidium lenta res, & fastidiosa: obsidium Græcorum artes, & furores continet;

Digitized by Google

eſtque χρῆμα τραγικώτερον, vel Neronis opinione. Generatim igitur de exſcidio Cor. Seuerus in Ætna:

Quis non Argolico defleuit Pergamon igni
Impoſitum, & triſtem natorum funere matrem?

E Græcia Leſcheos Troiæ direptionem ſcriptis contexuit verſibus. Pauſanias Phocicis: Καθὰ δὴ καὶ Λέσχεως ὁ Αἰσχυλίνου Πυῤῥαῖος ἐν Ἰλίου περσίδι ἐποίησε. Aliàs πέρσι. Ibidem, quod notes: Γελαμον δὲ οὐκ ἀποθανεῖν ἔφη Λέσχεως ἐπὶ τῇ ἐσχάρᾳ τοῦ Ἑρκείου, ἀλλὰ ἀποσπασθέντα ἀπὸ τοῦ βωμοῦ πάρεργον τῷ Νεοπτολέμῳ πρὸς ταῖς τῆς οἰκίας γενέσθαι θύραις. Item Steſichorus. Ibidem: Κλυμένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίου περσίδι κατηρίθμηκεν ἐν ταῖς αἰχμαλώτοις. Iteratò: Εἰς δὲ Ἑκάβην Στησίχορος ἐν Ἰλίου περσίδι ἐποίησεν, ἐς Αυκίαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος αὐτὴν κομισθῆναι. Neque tamen ſi Homerus Pentheſileæ, Memnoniſque vires ſocias Troianis additas non cecinit, ſi prætermiſit Eurypyli cædem, aut accitum Philoctetam, aliaque nonnulla, iure propterea culpatur à Dione Chryſoſtomo: neque enim, vti prodiximus, aliud quàm Achillis implacabiles iras ſcribere illi placitum fuit: intra cancellos, quos ſibi præfiniuit, ſe tenuit. Imperat ſophiſta demortuo; odioſe facit. Etſi verò Homerus inculpatus: tamen Q. Calabri Spicilegium vt nobile, ita perquam ſanè laudabile.

——— Πηλείωνι δάμη θ. Ἕκτωρ.] Vide ſis Ilia. X.

Καὶ ἑ πυρὶ κατέδαψε, ἐν ὀστέα πάντα κέκαυται] Intecta igitur Achillis oſſa ſine honore iacebant? Scio lectos cineres. Ouid. Metam.

—De tam magno reſtat Achille
Neſcio quid, paruam quod non bene cõpleat vrnam.

Lectio cinerum fuerit, non oſſium etiam, aut oſſilegium?

legium? — *Quis enim rogus abstulit ossa?* Lucanus. *Lecta* Achillis *ossa*, immò & *tecta*, vt quæ Corynæus legerat, Æneid. 6. Ad eundem plane modum Homeri verbis Iliad. Ω.

Ὀστέα πάντα λέγοντο κασίγνητοί θ', ἕταροί τε,

Καὶ τάγε χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες.

Excusa pronuper versio Q. Calabri veterum rituum intelligenti obstrepit: *Et omnia eius ossa in cineres consederant*, cum de cineribus ne γρῦ quidem Calaber. Dictum oportuit *Et omnia ossa vsta*: vnde *Vstrina* huic supremo officio: non absumpta, non in cinerem versa, quæ passim legi, condique sueta. Quare lubens volensq; reposuerim:

——— Ὀστέα πάντα κήκευθε, secutus anteriore loco Iliadem Ω. Calaber met lib. 7. de Machaonis ossibus scribit:

—Σῶμα δέ ἀίνυθεν

Πῦρ ὀλοὸν κατέδαψε, τὰ ὀστέα δέξατο γαῖα.

κήκευθε verò παθητικῶς vsu venire indubitatum est. Sophocles Antigone: Μηδὲν δὲ ἐν Ἅιδου, τὰ πατρὸς κεκευθόσιν. Nec alienum à Calabro, lib. 12. —γνῶναι, ὅ τι κέκευθε, *Si quid lateat*. Eodem loco: —Ὃ γὰρ μέγα πῆμα κέκευθεν, vt Virgilio *latet error*: ita hîc *noxa*. Eapropter κέκαυτο pro κέκαυται reponi, per mihi ridiculum videtur.

Αἰθίοπες μένος ἠῢ θρασύφρονος Αἰακίδαο] Homerus:

Οὐδέποτε Τρῶες πρὸ πυλάων Δαρδανιάων

Οἴχνεσκον ———   Metam. lib. 13.

Post acies primas vrbis se mœnibus hostes

Continuere diu: nec aperti copia Martis

Vlla fuit: decimo demum pugnauimus anno.

Digitized by Google

Ἰλαδὸν πλώεσκον καὶ ἀρωπήϊα πυκνά] Καὶ rescindo, vt additamentum otiosum. Scribe Ἰληδὸν ex lib. 2.

Ἀργείους ἰληδὸν ὑπ' ἔγχεϊ δηϊόωντα.

Ἰλαδὸν mediam contrahitur Homero, & infrà Calabro:

Ἰλαδὸν, ἠύτε μῆλα περὶ κλῦτον ———

Ὄμβριμον ἄνδρα ——— Eustathium vide ibi: Ἄνδρά μοι ἔν.

Ἠδ' ὅσσους —— κ. Ἠδὲ ὅσσους, vel, Ἠδ' ὅσσους.

——— Ἠμάθρευσε πολήων] Euersas ab Achille ciuitates loquitur per oras Troados bilustri mora. Id porro est *ciuitatium diem trahere*, seu, *contrahere*, vtpote quæ fatis sinentibus diutius absque vi, absque iniuria superstites fuissent. Ita notant de fato vrbis Censorinus libr. de die natali, M. Tullius libr. 2. de diuinat. qui Tarutium Firmanum refert vrbis Romæ fata canere non dubitasse. Nec causæ satis est, cur suam exosculetur correctionem Rhodomanus: Ἠμαύρωσε πόληας. Ciuitates autem intereadum ab Achille vastatas ponit è veterib. Brodæus Pyrrham, Hierapolim, Lyrnessum, Pedasum, & Eustathius in Iliad. Σ. Pedasi meminit ab Achille desperabundo, & abitum moliente hac fortuita machinatione captæ. Virgo ciuis obstupuit Achillis facie, armisque regalibus, capitur, inscribit pomo:

Μηδὲ σπεῦδε, Ἀχιλλεῦ, πρὶν Μουνηνίαν ἕλοις,
Ὕδωρ γὰρ οὐκ ἔνεστι διψῶσι κακῶς.

Seneca Troade:

Cecidere Thebæ, vidit Ection capi
Sua regna victus: clade subuersa est pari
Apposita celso parua Lyrnessos iugo;

Captaq;

Captaq; tellus nobilis Briseide,
Et causa litis regibus Cryse iacet,
Et nota fama Tenedos: & quæ pascuo
Fœcunda pingui Thracios nutrit greges
Et sacra Phœbo Cilla, &
Sparsæ tot vrbes turbinis vasti modo
Alterius esset gloria, ac summum decus:
Iter est Achillis ———

Ipsemet Achilles de se Iliad. Ι'ῶτα, Homer. in Catal. Calaber lib. 14. Ouid. Metam. 3. pulcherrime.

Πένθος αἰπεινόν — Explet Brodæus: Μέγ' ὀρώρει, λάβε πάντας. Rhodomanus: Μάλ' ὀρώρει, vel, Πεπότηο. Ego ne sim asymbolos: Τότ' ὀρώρει; pulcherrime enim connectitur:

Ὡς ἤδη συνοέντι καταιθομένης πυρὶ Τροίης] Cui non absimilia Æneid. 4.

———*Haud aliter, quàm si immissis ruat omnis*
Cartago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes
Culmina perq; hominum voluantur, perq; deorum.

Homer. Iliad. X. ——— Ὡς εἰ ἅπασα
Ἴλιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμήχοιτο κατ' ἄκρης.

———Ἐελδομένη πολέμοιο] Hoc ab ingenio bellaci: Αἰδομένη φήμην additum ab honesti studio. Notauit hunc morem Eustath. Iliad. Ι'ῶτα: Ἰστέον δὲ, ὅτι ἔθος παλαιὸν ἦν φονευθέντος τινος ποινὴν ὑπὲρ τοῦ φόνου δίδωσθαι τοῖς συγγενέσιν, εἴπερ ἐθέλοιεν, καὶ τὸν φονέα οὕτω μένειν αὐτοῦ ἐν τῷ δήμῳ, χρήματα τὸ φεύγειν ὠνησάμενον. Ἄλλως δὲ ἔφυγεν ὁ φονεὺς, οὐ πλεῖον ὡς τὰ πολλὰ ἐνιαυτοῦ. Vides fugam istam voluntariam nummaria pœna redimi potuisse, nec vltra annum extrahi suetam. Vnde ἀπενιαυτισμοῦ nomenclatio, & Polluci lib. 1. c. 1. Ἀπενιαυτίσαι δὲ, τὸ φυγεῖν ἔτος.

Digitized by Google

Eadem fuit causa fugiendi, fugæ, & exilii nomen bello commutandi Tlepolemo Iliad.β. Peleo Met. libr.11. Ouid.Metamorphosi 37. Ant. Liberalis Apollodori lib.3. Patroclo, Iasoni, Tydeo apud Ouid. lib.1. de Ponto Eleg.4. Euandro lib.1. Fastorum, & Cadmo. Oxylo apud Pausaniam Eliacis. Id exilii subiit, qui per imprudentiam cædem commisisset Exodi c.19. Disertim Calaber de Penthesilea: Οὐ μὰ δὴ πογ' ἑκοῦσα. Vide Didymum in Iliad.Π. locis compluribus. Alia quæ ritum hunc copiosius clarant, suppeditatus est Budæus Annotationibus alteris in Pandectas.

Ὄφρα καθηραμένη περὶ λύματα λυγρὰ φόνοιο] Eustath. in Iliad.Χ. scribit sanguinem cędibus eiusmodi fuisse piamentum: Ὅτι δὲ καὶ δι' αἵματος ἦν κάθαρσις, αἱ ἱστορίαι δηλοῦσιν, ὁποῖα ἦσαν οἱ τῶν φονέων, οἳ αἵματι νιπτόμενοι καθάρσιον εἶχον αὐτό. Apollonii Scholiastes in lib.4. enecti porcelli sanguinem adhibet: Λυτήριον δὲ, καθάρσιον λέγει. ὃ ἐστι χοιρίδιον μικρὸν, ὅπερ οἱ ἁγνίζοντες θύσαντες, τὰς χεῖρας τῶν ἁγνιζομένων τῷ αἵματι αὐτοῦ βρέχουσιν. Suem quoq; lustramenti vicem fuisse scribit Eustath.in Iliad.& Odyss. Huic vsui vulgo fuit aqua singularis: etiam iusto in prælio cæde admissa Æneid. 2. & apud Philonem Iudæum libr.de vita Mosis: Καὶ γὰρ εἰ νόμιμαι αἱ κατ' ἐχθρῶν σφαγαὶ, ἀλλ' ὅγε κτείνων ἄνθρωπον, εἰ καὶ δικαίως, καὶ ἀμυνόμενος, καὶ βιασθεὶς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ κατὰ τὴν αἰτίαν, καὶ κοινὴν συγγένειαν, οὗ χάριν καθαρσίων ἔδει τοῖς κτείνασι πρὸς ἀπαλλαγὴν τοῦ νομισθέντος ἄγους γενέσθαι. Eundem Philonem vide περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων pag.145. Ouid. 2.Fast. *Ah nimium faciles*, &c. — Catull.ad Gelliũ tangit, & Tullius: *Non sic in flumen abiicere ne cum*

delati

delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur.

Οὐδέ νύ ἐστι θεᾶς ἀλιτρόν τ' ὑπαλύξαι] Perspicue Rhodomanus, Ἀλιτόντα ὑπαλύξαι. Nec disconueniat Ἀλιτρὸν ὑπ'.

Σὺν δέ οἱ ἄλλοι δυώδεκα —— Hoc, similiue supplemento versui succurrendum: Ἄλλαι ἔπειται, vel, Ἄλλαι ἕποντο.

Μεθ' Ἀρμοθόην κυδώπις] γρ. Μετὰ δ' Ἀρμ. vel, Μετὰ δὲ Ἀρμ.

Τόσσαι δ' ἄρ ἀμφιέποντο —— Tolle ἄρ: licet obstrepitent Grammaticorum περίεργα γλῶσσαι.

—— Κατέρχεται ἀπ' οὐλύμποιο] γρ. Κατέρχετ' ἀπ' οὐλ.

Ἠὼς μαρμαρέοισιν ἀγαλλομένη φρένας ἵπποις] Μαρμαρέοις, *Albis, Candidis, Marmoreis*, cuius vsum in consimili ad Silium attulimus. Sic *Aurora* dicitur à Thryphiodoro λευκάμπυξ, Theocrito Idyll. 14. λεύκιππος, Eurypid. in Iphigenia λευκόπωλος ἡμέρα. Origenes Philocalia: Ἥλιος λευκὸς, ὁ λαμπρὸς ὢν δοκεῖ. Catull. *Æthera album* dixit, Virgil. *Albescere lucem*, Lucanus *Albam lucem*. Vide Macrob. lib. 1. Saturn. c. 17. Auroræ autem siue equi, siue pulli nominat Homerus Iliad. ψ.

Λάμπον, καὶ Φαέθοντ', οἵ τ' Ἠῶ πῶλοι ἄγουσιν.

Ὡράων μετ' εὐπλοκάμων —— *Cum Horis deabus*, de quibus Iliad. ε & θ.

Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι,
Τῇς ἐπιτέτραπται μέγας Οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε.

Tres autem sunt. Pausanias Bœoticis: Τὸ γὰρ τῆς Καρπους ἐστὶν, οὐ Χάριτος, ἀλλὰ Ὥρας ὄνομα. τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν Ὡρῶν νέμουσιν ὁμοῦ τῇ Πανδρόσῳ τιμὰς οἱ Ἀθηναῖοι, Θαλλὼ τὴν θεὸν

ὀνειμάζοντες. Aliter Diodorus lib. 5. Bibliothecæ: Τὰς προσαγορευομένας Ὥρας Εὐνομίαν τε, καὶ Δίκην, ἔτι δὲ Εἰρήνην. Sunt & *Horæ* Anni filiæ seu partes. Metamor. lib. 2.

A dextra, læuaq; Dies, & Mensis, & Annus,
Seculaq;, & positæ spatiis æqualibus Horæ.

Atque inibi iungunt Solis equos, vt hîc Auroræ.

Ἄρεος ἀκερσεκόμοιο βαθυκνημῖδα θύγατρα] Redditur Æneid. 1.

Purpureoq; altè suras vincire cothurno.

De cætero Amazonum siue ornatu siue armatu lege Virgil. Æneid. 1. Claudian. libr. 3. de laud. Stilis. Nonnum l. 20. Senecam Agamem. Apollon. lib. 2. Argon. Silium Ital. lib. 2. Herod. Melpomene, Isocratem Orat. ad Philippum, Archidamó, & Panathenaïca, Iustin. lib. 2. Curtium lib. 6. Præter hos vt verè exstiterint Amazones; docebunt Vopiscus in Aureliano, Suet. Iulii c. 21. Zacharias in Idyll. 4. Theocriti. Diodorus Siculus lib. 4. Bibliothecæ.

——Ἀμφὶ προσώπῳ] Rectius tertio casu προσώπῳ.

Ἄμφω σμερδαλέον τε, καὶ ἀγλαὸν εἶδος ἔχουσα] Rara pulcritudinis, & virium concordia. Nireus quidem

κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα,
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἔην——— In Achillem ipsum vtrumque conuenit Homeri, atque Philostrati fide. In Bellerophontem Iliad. Z.

Τῷ δὲ Θεοὶ κάλλος τε, καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν
Ὤπασαν —— In Asterium Nonni lib. 13. Bassaricon:

Ἀστερι

Ἀστέρος φαιδροτάτου ἔχων δέμας, ἀμφότερον δὲ
Ὅσσον ἔην ἐρόεις, τόσον ἄλκιμος —— In Cephalum Metamorphosi 41. apud Antoninũ Liberalem : Ἦν δὲ Κέφαλος νέος, καὶ καλὸς, καὶ ἀνδρεῖος. Visum id & Liuio memorabile lib. 4. *Cornelius Cossus eximia pulcritudine corporis, animo, ac viribus par*; isque obtruncato Tolumnio spolia opima retulit in triũpho pompa, vel dictatore triumphante spectabilior.

Ὀφθαλμοὶ μαρμαίρουσ' ἀλίγκιοι ἀκτίνεσσιν] De Augia Solis filio Apollonii Scholiastes in lib. 1. Ἐδόκουν δὲ ἀκτῖνες ἀπολάμπειν αὐτοῦ τῶν ὀφθαλμῶν. Ad Silium nostrum plura.

Ἶρειν ἀνεχομένην ἐξ εὐρυπόροιο θαλάσσης] Brod. Nam e mari, aut flumine videtur humorem hausisse, quem illico effundat. Plutarch. Καὶ ἐμυθεύσαντό τινες αὐτὴν ταυροκέφαλον ἔχουσαν ἀναρροφεῖν τοὺς ποταμούς. Seneca : *Et bibit ingens arcus, vt ait Virgilius noster* (Georg. 1.) *cum aduentat imber : sed non easdem vndecunque apparuerit, minas affert. A meridie ortus magnam vim aquarum vehet. Si circa occasum refulsit, rorabit, & leniter impluet. Si ab ortu circave surrexerit, serena promittit.* Ob id Plinius ne pluuios quidem, aut serenos dies cum fide portendere arcus cælestes tradit. Vulgi autem opinionem sequuntur poetæ.

Ἤδη ἀφαυαίνονται —— Certo certius ita scribendum tum ob illud firme cohærens εἰσαδόμεναι Διὸς ὕδωρ : tum quia ἀπαυαίνονται nec satis vsu receptum, nec cum versu congruens est.

Οὐ μὲν δὴ ψακάδεσσι —— Nihil muto : mox enim additur : —— Καὶ ὑετοῦ ἐγγὺς ἐόντος : ergo pluuia nondum erat, licet in procliui. Aliter Brodæus, qui re-

ponit; Ἐπαχλώθη, *Cælum densis nubibus, inquit, atque imbrem ferentibus obductum est.*

——Ἠὲ θανέεσθαι] γρ. θανεῖσθαι, vel quod malim, ἢ θανέεσθαι.

Ἠ πόνῳ ἰητῆρος ἀμύμονος, ἠὲ θεοῖο

Ὄμματ' ἀπαχλύσαντος ἴδῃ φάος ἠελίοιο] Philosophiæ magiſtri cæcum recurandi, & reluminandi medicis facultatem adimunt, quod à priuatione ad habitum non ſit regreſſus. Confirmant idem ſancta Euangelia. Quid ergo facias hiſtoriæ Taciti libro extremo, vbi Veſpaſiani miniſterio *cæco reluxit dies?* Aio non cæcum prorſus extitiſſe, è Tacito: *Medici variè diſſerere. Huic non exeſam vim luminis, & redituram, ſi pellantur obſtantia.* At, inquis, cœcum reluminari oris excremento, vel attactu manus, id miraculi ſpeciem habet, quod à Veſpaſiano factum, & inſcriptio reperta eſt in inſula Tiberina: ΑΥΤΑΙϹ. ΤΑΙϹ. ΗΜΕΡΑΙϹ. ΓΑΙΩ. ΤΙΝΙ. ΤΥΦΛΩ. ΕΧΡΗΜΑΤΙϹΕΝ. ΕΛΘΕΙΝ. ΕΠ. ΑΡΙϹΤΕΡΟΝ. ΒΗΜΑ. ΚΑΙ. ΠΡΟϹΚΥΝΗϹΑΙ. ΕΝΑ. ΑΡΟΤΟΝΑΕΞΙΟΝ. ΕΛΘΕΙΝ. ΕΠΙ. ΤΟ. ΑΡΙϹΤΕΡΟΝ. ΚΑΙ. ΘΕΙΝΑΙ. ΤΟΥϹ. ΠΕΝΤΕ. ΔΑΚΤΥΛΟΥϹ. ΕΠΑΝΩ. ΤΟΥ. ΒΗΜΑΤΟϹ. ΚΑΙ. ΑΡΑΙ. ΤΗΝ. ΧΕΙΡΑ. ΚΑΙ. ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ. ΕΠΙ. ΤΟΥϹ. ΙΔΙΟΥϹ. ΟΦΘΑΛΜΟΥϹ. ΚΑΙ. ΟΡΘΟΝ. ΑΝΕΒΛΕΨΕ. ΤΟΥ. ΔΗΜΟΥ. ΠΑΡΕϹΤωΤΟϹ. ΚΑΙ. ϹΥΝΧΑΙΡΟΜΕΝΟΥ. ΟΤΙ. ΖωϹΑΙ. ΑΡΕΤΑΙ. ΕΓΕΝΟΝΤΟ. ΕΠΙ. ΤΟΥ. ϹΕΒΑϹΤΟΥ. ΗΜΩΝ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. Reſpondeo factum ab aliquo Sanctorum miraculum, & vana adulatione Imperatori tributum à planis. Inſcriptio autem illa facti tacet autorem. Sed forte melius dæ-

monibus

Digitized by Google

monibus adſcribemus; qui, vt loquitur Tertullianus Apologetico contra Gentes, *deſinunt lædere, & curaſſe creduntur.* Quid Platoni viſum in Phædro de Steſichoro? Ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν, παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. Non & Platoni Conon ſubſcribit octauo decimoque narratu? Reſpondeo cum Ptolomæo Hephæſtione: ψευδῆ τὸν περὶ πηρώσεως [Steſichon] εἶναι λόγον. Porro Q. Calaber immane quantum Deum magnificet, dum cæcitatem ab eo auerti poſſe non diffitetur. Sic & Homerus de ſummo, veroque Deo, reſurrectionis autore dixit, vt Iuſtinus Martyr in Apologia interpretatur:

Οὐδ' εἰ κἄν μοι ὑποσταίη Θεὸς αὐτὸν
Γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα.

Ἄχνυτ' ἀπεκταμένων —— Rhod. Ἀποκταμένων. Vtrumque potuit eſſe. Ἀπεκταμένων verò παρωχηκὸς à κτείνω eſt *Proſtratorum, Externatorum*: vnde loco deiici ſe non patietur.

4 —— Ἐϋμμελίην Ἀχιλῆα] Fraxinus haſtæ accommoda. Ouid.

—— *fraxinus vtilis haſtis.* Statius:

—— *Infandos belli potura cruores*
Fraxinus ——

Philoſtratus Heroicis Achilli haſtam dat e *fraxino*, admodum adhuc puero μικρὰν μελίαν; at bellatori longitudinis modo maiore ſupra cæteras haſtas; lignum erat adeo rectum, firmumque, frangi vt minime poſſet. Fingunt Pelei, & Thetidos nuptias in monte Pelio, quo dii, deæque inuitati ſingulatim Peleo dona contulerunt. Chiron frondoſam fraxinum in eo monte deſectam, ex qua haſta fabrica-

Digitized by Google

ta. Calaber libro hoc: Λαοφόνον δόρυ μακρὸν ὑπαὶ Χείρωνι πονηθέν. Vides discrimen μακρῦ δόρατος, & μικρᾶς μελίας. Hanc Minerua expoliuit, Vulcanus absoluit. Acies fuit ex adamante, eodem Philostrato teste. Quo respexit Horat. lib. 4. Od. 6.

Filius quamuis Thetidos marinæ
Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide pugnax.

Nam obuia quæque perrumpebat. Tamen Iliad. X. ex ære, ferrove cuspis Achilleæ hastæ fuit:

Στῆ δ' ἄρ' ἐπὶ μελίης χαλκογλώχινος ἐρεισθείς.

Eam autem hastam Chironis donum Peleus portauit prior, pòst Achilles. Tandem Mineruæ in templo fuit pro donario, vt in Laconicis autor est Pausanias. Achilleæ hastæ materiam, & montem, vnde lecta, adscribit poeta l. π.

Ἔγχος δ' οὐχ ἕλετ' οἶον [Patrocles] ἀμύμονος Αἰακίδαο
Βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν, τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν
Πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεὺς
Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.

Ἦ νύ τοι ——— defuit ἄγχι, vel ἀγχοῦ. Firmat subiecto versu Brod. ——— Ἀπορτηρὸν δέ οἱ ἄγχι
Εἱστήκει θανάτοιο τέλος ——— Ita namque legendum: non Ἕστηκε.

——— Ἠδ' ἀντιθέοις ἐνέεσσιν] γρ. ἰσ. Ἀντίθεος hîc Deo par. Adi, si lubentia est, Notas nostras in Basilium Seleucensem.

——— Ὀϊζυρὸς ἐπάθρησα] γρ. Ὀϊζυρῶς.
Ἀργαλέως Ἀχιλῆος ——— E Poetis cognitissima res. Philostratus in Heroicis barbaricum facinus

appellat;

appellat; ſed quia id amicitiæ datum, leuius putat.

——— Μάλα γὰρ πένθος ἀέξει] Brod. Μάλα γὰρ δὴ π. Alter non infeliciori coniectura: Μάλα γὰρ μέγα π.

——— Ἄνυτο δ' ἠώς] Non refutat lectionem hanc Homerus: tamen Iliad. Κ. ſcripſit: Μάλα γὰρ νὺξ οἴχεται, ἔγρηγορθεν δ' ἠώς, quod valet τελευτᾷ, finitur. Circumſpecte verò Calabér poſt occaſum Solem finiri diem (id enim ἠὼς hoc loco ſonat, vt Iliad. φ.

——— Ἠὼς δέ μοί ἐστι

Ἣ δε δυωδεκάτη, ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα.

& lib. 7. Calaber:

Μέσφ' ὅτε δὴ βουλυτὸς ἐπήλυθεν, αὐτὰρ δ' Ἠὼς

Ἀμβροσίη ——— Et in exitu lib. 8.) ſcribit. Strab. lib. 3. Λέγειν γὰρ δή φησι Ποσειδώνιος τοὺς πολλοὺς μείζω δύνειν τὸν Ἥλιον ἐν τῇ παρωκεανίτιδι μετὰ ψόφου παραπλησίως ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους κατὰ σβέσιν αὐτοῦ διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθὸν (βαθὺν ῥόον Calabro) ψεῦδος δ' εἶναι καὶ τὸ παραχρῆμα νύκτα ἀκολουθεῖν μετὰ τὴν δύσιν· οὐ γὰρ παραχρῆμα, μικρὸν δ' ὕστερον, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πελάγεσι τοῖς μεγάλοις.

——— Ποδάρκεος αἶτ' Ἀχιλῆος] Iliad. Ζ. & Β. ——— Ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. Ea cauſa cur Poetarum Phœbus Homerus toties illud inculcet: Πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Euripides ob pernicitatem λαιψηρόδρομον vocat, & ἰσάνεμον. Catullus Argonauticis de Achille:

Qui perſæpe vago victor certamine curſus
Flammea præuertet celeris veſtigia ceruæ.

Ipſe ſemet apud Stathium hiſce coloribus expingit:

Vix mihi biſſenos annorum torſerat orbes
Vita rudis, volucres cum iam præuertere ceruos
Et Lapithas cogebat equo (Chiron, qui ad curſuram Achillem exercebat, autore Theone) *præmiſſaq; curſu*

Tela sequi: sæpe ipse gradu me præpete Chiron, &c.
Sæpe etiam fluuii primo torpore iubebat
Ire super, glaciemq; leui non frangere planta.
Hoc puerile decus! ———.

Dionysius;

Ταῦροι δ', οἳ ναίουσιν Ἀχιλλῆος δρόμον αἰπὺν
Στεινὸν ὁμοῦ, δολιχόν τε ———

Quo de spatio ab Achille decurso præclara Eustathius, & Mela lib. 2. c. 1. Homerus Iliad. X. non ire facit Achillem, non currere; sed volare:

Ὥς ἄρ' ὅγ' ἐμμεμαὼς ἰθὺς πέτετο ——— Et Iliad. Γ. de eius equis: ——— Τὼ ἅμα ποίησι πετέσθην.

Eius quoque hasta ἰθυπτίων rectà volans. Sed ne cursura dumtaxat præstitisse autumes Seneca Agamemnone *celerem saltu* vocat, quod in terram Troiam de naue cæteris celerior desiluerit, aut quod aliis eo in genere palmam præripuerit. Hinc *pedes Achillei* pro velocissimis vsitati Martiali lib. 2 Ep. 14. Nec sine piaculo omitti potest Achillem dictum *Podarcem.* Ptolomæus Hephæstio lib. 6. Φασὶ δὲ Ποδάρκην αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγεσθαι, ὅτι φασὶ τῆς Ἄρκης τὰ πτερὰ τὴν Θέτιν περιθεῖναι τῷ παιδὶ γεννηθέντι, καὶ εἶναι τὸ Ποδάρκης αὐτοῦ ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰ τῆς Ἄρκης πτερὰ ἔχων. Quæ autem Arce fuerit, ibi videre est; item fabellam alteram pernicitatis tantæ causam, vt Chiron dereptum e Damysi cadauere talum (fuit is gigantum celerissimus) medicamentorum copia pedi Achillis inoleuerit, atq; exinde illi pernicitas. Insuetum tamē Homero Podarcæ nomen singularium ponere: fortequia & Priamus ipse prius *Podarces* dictus Didymo teste, & nescio

Digitized by Google

& nescio quem alium Græcos inter legimus lib. 1. apud Calabrum.

——Ἤ δ᾽ ἀΐσσουσα] Rescribo: Ἀΐουσα.

——Ὀνείρῳ Ἑσπερίῳ——Brod. *Vespertino*: cui fides adhibenda non sit, sed matutino. Ouid.

Namq; sub aurora iam dormitante lucerna,
Tempore quo cerni somnia vera solent.

Θέλγει ἐν λεχέεσσιν ἄδην—— Rhod. Ἐοῖς.

Ὅς μιν ἄρ᾽ ἐξαπάφησεν ἐποτρύνων ἀπονέεσθαι] Non probatur ἀπονέεσθαι, quod Brod. sed πονέεσθαι: est enim vox hæc præliis conueniens. Homerus Iliad. Υ. Τόσσης ὑσμίνης ἐφέποι στόμα, καὶ πονέοιτο. Calaber lib. 2. ab hac mente: Ἀλλ᾽ ἄγε δὴ πονεώμεθα—— dicant nostri: *Sa sa besoignons*. Calaber lib. 6.

Εἱστήκει μάλα πάγχυ πονεύμενος· ἐν γὰρ ἔχοιτο
Δῆιος ἐνὶ μέσσοισιν——

——Τά οἱ Θεὸς ὤπασεν Ἄρης] Ita sane rectius, quàm θοός, vt diuinitatis ingesta mentione donum sit commendabilius.

Κνημῖδας χρυσείας, αἵ οἱ ἔσαν—— Non solet Quintus πλατυάζειν: eò aptius fuerit: Χρυσείας κνημῖδας α. Nam vltimam contrahi in Χρυσείας Dorum est.

Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοις Θήκατο κυδιόωσα μέγα ξίφος—— Huiuscemodi gladii gestatio principalis est. Poeta de Agamemnone Iliad. β.

Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.

Hinc irrepserat in Calabri carmen ὤμοισιν.

Κουλεὸς εὖ ἤσκητο δι᾽ ἀργύρου, ἠδ᾽ ἐλέφαντος] Vaginam totam opinor ex ebore fuisse: at eboris laminas coisse morsu argenti, in anulos, & fibulas, similesve iuncturas fabrefacti. Fuerunt etiam adapertiles e-

Digitized by Google

iusmodi eboraceæ vaginæ, præsertim Numidarum vsibus. Silius Italicus lib. 17.

——*Solos sibi cepit vterque*
Quos cohibebat ebur vaginæ sectilis enses.

—Ἀσπίδα δ' αἰ ἀλίγκιον αὔτυγι μήνης,
Ἤ δ'... Ἥμισυ πιπληθυῖα——

Nonnus præter morem tenuiter satis:

——Ὑπὲρ ὤμων
Βάρβαρον ἡμιτέλεστον ἐλαφρίζουσι βοείην.

Maro *lunatas peltas* dixit. Ergo καταχρηστικῶς *pelta* Calabro vocatur ἀσπίς: ἀσπίδος namque orbis plenus est, quod Eustathii ex etymo innotuit: peltæ Amazonicæ semiplenus. Ideoque considerate Arrianus lib. 7. Amazonibus tribuit πελέκεις ἀντὶ δοράτων, καὶ ἀντὶ ἀσπίδων πέλτας. Plin. lib. 12. c. 5. de ficus foliis: *Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.* Isidorus clarius: *Pelta scutum breuissimum in modum lunæ mediæ.*

Θῆκε κόρυθα κομόωσαν ἐθείρῃσι χρυσέῃσι] Homerus Iliad. T. vbi Achillis galeam suis explet partibus:

——Περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας
Κρατὶ θέτο βριαρήν, ἡ δ' ἀστὴρ ὣς ἀπέλαμπεν
Ἵππουρις τρυφάλεια· περισσείοντο δ' ἔθειραι
Χρύσεαι, ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς.

Tentabo tenuis grandia:

——*Capitiq; grauem, quam sustulit altè*
Imposuit galeam: velut astra, refulsit equina
Horrificante iuba: sed præradiantibus aureis
Crinibus, hinc illinc quas ars Vulcania crebros
Sparserat, enituit magis——

—Ἀνέμοιο ἀλήκτου ἰωήν] Græci, & Latini passim produ-

producunt Ἀληκτῶ, & Psalmi noni paraphrasis apud Apollinarem:

Ἀλήκτῳ κραδίῃ βασιλεῦ πὸν αἰνινάεισω. Hom. Il. β.
Καρδίῃ ἄληκτον πολεμίζειν, ἠδὲ μάχεσθαι.

Nazianzenus ἐν ὑποθήκαις, & κτ' σαρκός. Nihilominus vel his etiam in locis tutius congeminabit λλ. Sic Langianum Apollonii exemplar pluribus locis præfert, vnum dabo: —— Ἀνέμων ἄλληκτον ἰωλῶ. Rationem adstruit Theodorus Gaza libr. 4. τὸ στερητικὸν α βραχύ. Nam productio in ἀκάματος, & ἀθάνατος licentior putatur. Libro verò Calabri altero, qui scribunt: ——γόος δ' ἄληκτος ὀρώρει, pro γ. δ' ἄλλ. Bombaliones Germanos agunt. Estque εὐφωνότερον aliquanto geminans consona. Itaque recte scriptum est Calabri lib. 5. ——Κεραυνοὶ

Ἄλληκτοι νεφέεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο.

Ἀμφίτυπον βουπλῆγα—— Securim ancipitem dicit. Post de Penthesilea:

Ἄλλοτε μὲν βουπλῆγα βαθυστόμω, ἄλλοτε δ' αὖτε
Γάλλους ὀξυὼ ἄκοντα——

Idem lib. 10.

Πουλυδάμας δ' ἐπάραξε σάκος, πλεμῶσα δαΐξας
Βουπλῆγι σιδαρῷ——

Silius lib. 2. de Hasbyte: —— *Sæuamq; bipennem*
Perlibrans media fronti ——

Brod. Strabo: Οἱ πλεῖστοι δ' αὐτῶν ἀμφιστόμοις πελέκεσιν ἐχρῶντο. Fuit autem securis Amazonum propria, & ab hac Penthesilea (si quæ Plinio fides inuenta) Ouid. in Metamorph.

Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.

Et in Heroid. Epist.

Digitized by Google

Prima securigeras inter virtute puellas.

Tranquillus in Nerone Claudio: *Securibus, peltisque Amazonicis instructi.*

Θυμοβόρου πολέμοιο —— Belli tristis, in quo cor adeditur, & animus cruciatur. Nec temere legero Δημοβόρου, vt passim Mars audit βροτολοιγός.

—— Γάρος Θρηΐκηνδε κιοῦσα] Brod. Orithyiam Erechthei regis Athenarum filiam rapuit Boreas, raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calaim suscepit, Homeri Scholiastes ad calcem Odyss. Ξ.

—— Ἵππω Καλῶ τ', ὠκυτάτω τε, τοὺς οἱ ἄλοχος Βορέαο Ὤπασεν Ὠρείθυια —— Æneid. lib. 12. equos,

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyea

Qui candore niues [καλῶ] *anteirent cursibus auras* [ὠκυτάτω]

Ἠδ' εἶν Τριτωνίς —— Cur ita Pallas indigitata 7 alii aliter docent. Nonnus Bassaricis:

Τειπλοον εἶδος ἔχουσα πέλει Τριτωνὶς Ἀθήνη.

Pallas allegorice est prudentia, quæ tria complectitur boni genera ab Eustathio relata in Iliad. H. Τριτογένεια δὲ ἀλληγορικῶς ἡ φρόνησις, ἐπεὶ κατὰ Δημόκριτον τρία γίνεται ταῦτα ἐξ αὐτῆς, τὸ εὖ λογίζεσθαι, τὸ λέγειν καλῶς τὸ νοηθὲν, καὶ τὸ ὀρθῶς πράττειν αὐτό. Τελείας γὰρ ὄντως φρονήσεως τὸ νοῆσαι, τὸ εἰπεῖν, τὸ ποιῆσαι τὰ πάντα. Festus: *Tritonia Minerua à ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus sit visa.* Diodorus lib. 3. Μικρὸν [illegible] τούτων τῶν χρόνων γενηθῆναι φανερῶς ἐπὶ τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ, διὸ καὶ Τριτωνίδα προσαγορευθῆναι. Plin. lib. 5. c. 4. Non procul à continente palus vasta ad amnem Tritonem, nomenque ab eo accepit Pallantias ab eo appellata Callimacho. Scholiastes in Apollonii libr. 1. scribit tres lacus vocari Tritonas

Bœo-

Bœotiæ, Theſſaliæ, Libyæ, & propter Libycum genitam facit Palladem. Apponamus ſuper hoc ipſius Apollonii verba lib. 4.

Ἡρῶσσαι Λιβύης τιμήοροι, αἵ ποτ' Ἀθήνην,
Ἦμος, ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε παμφαίνουσα,
Ἀντόμεναι Τρίτωνος ἐφ' ὕδασι χυτλώσαντο.

Silius lib. 3.

Hinc qui ſtagna colunt Tritonidos alta paludis,
Qua virgo, vt fama, eſt bellatrix edita lympha
Inuento primam Libyen perfudit oliuo. Iteratò l. 9.
Et Pallas Libycis Tritonidos edita lymphis.

Lucan. lib. 9.

Hanc & Pallas amat, patrioq; è vertice nata
Terrarum primam Libyen, nam proxima cœlo eſt,
Vt probat ipſe calor, tetigit: ſtagniq; quieta
Vultus vidit aqua, poſuitq; in margine plantas,
Et ſe dilecta Tritonida dixit ab vnda.

Homero paſſim Τριτογένεια. Vide D. Auguſt. lib. 18. de Ciuitate c. 8. Feſto, ac Plinio conſentientem. Apollod. lib. 1. Pomponium Melam lib. 1. c. 7.

——— Ἀρηΐδος βασιλείης] Scriptum oportuit: Ἀρηϊάδος. Hoc eodem lib. de eadem:

Ὡς ἔτυμος Δαναοῖσιν Ἀρηϊὰς ἔνθορε κούρη.

Puella Martia, quæ Marti genus inſcribebat, Iuſtinus, Theano Calabri verbis:

Τὴν δὲ φάτις τὸν Ἄρηος ἔμεν κρατεροῖο θύγατρα.

Ipſaq; de ſe: ——— Οὐδέ με θνητὸς
Γείνατ' ἀνήρ, ἀλλ' αὐτὸς Ἄρης ———

——— Στόμα δηϊοτῆτος] Homer. Il. τ.

Γέλυ πολέμου στόμα δύμεναι αἱματόεντος.

Vbi Euſtath. Καινὸν δὲ οὐδὲν, εἰ στόμα λέγει πολέμου τὸ τοὺς μα-

χομένους ἀπεδίον. Ὡς γὰρ οὐραγὰ στρατοῦ τὸ ἔπιδεν, ἐξ οὗ καὶ τὸ οὐραγεῖν, καὶ ὁ οὐραγός. οὕτω καὶ στόμα, ἐν ᾧ οἱ πρόμαχοι ἵσανται. Iliad.Υ. Τόσσης ὑσμίνης ἐφέποι στόμα, καὶ πονέοιτο. Iterum Calaber lib.11. — Ἔμιμνον ἀνὰ στόμα δ. Tullius pro Archia: *Ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam esse, atq; conseruatam.*

Ἐκπάγλως δή σεῖο Θεοῦ γένος ἔστι γενέθλης] Brod. θεοῦ pro θείου abs te diuinum genus trahit. Rhodom. Dispice num rectius: Ἦ σου θεῖον γένος. Sed nondum, inquit, hoc mihi enodatum est. Mihi nodus prope enodis sic explicanti verbatim: Profecto genus est [Penthesilea] stirpis Dei [Martis] tui, hoc est, qui Mars tuus est, & ex te progenitus. Nonnihil tamen oratio perplexabilis est.

Ἀργεῖοι δ' ἀπάνευθε θάμβεον — γρ. ἀπάνευθεν ἐθάμβεον.

Ποίμνης εἰροπόκοισι πόνον στονόεντα φέρουσι] Rhodom. φόνον. Ego πόνον φέρουσι expono *Negotium facessunt*, vti anterius πονῆσθαι *depræliari* sum interpretatus: aut *dolorem, malumq; inferunt.* Hesychius: πόνος, ἄλγος, ἀνέργημα ὀδύνης. Item: Πονεῖν, ποιεῖν, ἀσκεῖν, κακοπαθεῖν, ἐνεργεῖν. 8

——Φαεινὰ* περὶ πύχεα θεῖναι] Iniice: Περὶ χροΐ, quam correctionem illo Homeri fulsit Brod. Il.Η.

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντα περὶ χροῒ ἕσσατο τεύχη.

——Θήρεσσιν ἐοικότες ὠμοβόροισιν] Magis efferant animos alimenta cruda. Gnarum id Homero Il.Η.

— Λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισιν.

Pausaniæ in Bœoticis: Ἐπίδοι καὶ ἀνδρὸς ἀκούσας οἶδα Φοίνικος, ὡς ἐν τῇ ἠπείρῳ τῆς Φοινίκης ἀγελαιοτέρους τοὺς ἔχεις ποιοῦσιν αἱ ῥίζαι.

——Διὰ φλέβας] Carmen attegro: Διὰ δ' φλ. 9

—Τάς δ'

Digitized by Google

—— Τὰς δ' ἐσσυμένως λίπεν ἦτορ]. Αἰὼν nequaquam substituendum: nam ἦτορ λίπε est λειποθυμίας descriptio, atq; adeo animæ defectæ, & mortuæ, non morientis dumtaxat; hoc equidem loco.

—— Ἀπεπλάγχθη γὰρ οἰστὸς

Ἄλλῃ, ὅπῃ μιν Κῆρες ἀμείλιχοι ἰθύνεσκον] De Paridis telo sermo est, & Maro Æn. 6.

Dardana qui Paridis direxti tela, manusq;
Corpus in Æacidæ ——

—— Εὐήνορα χαλκεομίτρην] Μίτρα hîc baltheus est. Sic Il. δ. Ζῶμά τε, καὶ μίτρην, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες. Sic Nonnus κούρῃ ἀμιτροχίτωνι non semel *recinctum* intellexit, & Scholiastes Callimachi ἀμίτροις exponit ἀζώνοις. Idem Nonnus lib. λη'. —— Οὔ ποτε μίτρῃ

Κούρης στέρνα κάλυπτε ——

ne de sola militari zona μίτρην capi posse putes.

—— Παῖς Φυλῆος ἀγαυός] Meges. In Catalogo:

Τῶν δ' αὖθ' ἡγεμόνευε Μέγης ἀτάλαντος Ἄρηϊ
Φυλεΐδης, ὃν τίκτε Διῒ φίλος ἱππότα Φυλεύς,
Ὅς ποτε Δυλίχιονδ' ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς.

Item Apollodorus in tertio. Idem Meges Pedæum cominus sustulit Iliados libr. 5. Alterum Megetem leges Dymantis filium, Peribœæ cõiugem, Celti, & Eubœi parentem Calabri lib. 7.

Οἳ Μυκάλην ἐνέμοντο —— Mendum congeminat. Rescribendum: Οἳ Μυκάλην ἔνεμον, Τιτάνοιό τε λ. καρ. qui Mycalen possidebant, qui Mycales domini erant. Sic in Paulo Æmilio Plut. Μίαν ἑστίαν νέμοντες μετὰ παίδων, καὶ γυναικῶν. Altera correctio liquet è Catalogo: —— Μυκάλης τ' αἰπεινὰ κάρηνα,

Τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος, καὶ Νάστης ἡγησάσθην.

Quem locũ animo præsentem contuebatur Quintus hæc scribens. Vnde etiam rescribendum versu antecedente: Ἀμφιμάχῳ, non Ἀγχιμάχῳ.

Βράγχου τ' ἄγκεα μακρὰ — Brod. Et valles Branchi, parui opidi Curtio, vici Straboni, in quo oraculum Branchidarum appellatum, nunc *Didymæi Apollinis* ait recte Plinius, non *Dindymæi*, vt scribit Alexander Neapolitanus. Boccatius, plerique alii Branchi pueri, & Apollinis libidines commemorãt. Meminisse animaduerto Sibyllæ, quæ apud Branchidas oracula panderet, Iamblychum. I ad Pliniũ lib. 5. c. 29. Strab. lib. 9. p. 290. Curtium lib. 7. Melam lib. 1. c. 17.

Μαιάνδρου τε ῥέεθρα βαθυρρόου — De hoc fluuio pernimium mirum memorat Tyrius Maximus: Θύουσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς οἱ μὲν ἀμφοτέροις, οἱ δὲ Μαιάνδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ, καὶ ἐμβάλλουσι τὰ μνεῖα εἰς τὰς πηγὰς ἐπιφημίσαντες τὸ ὄνομα τοῦ ποταμοῦ, ὁποτέρῳ ἔθυσαν. Ἀπενεχθέντα δὲ ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ ὑποδύντα τῷ ὕδατι, οὔτ' αὖ ἐπὶ τὸν Μαρσύαν ἐκδοθείη τὰ Μαιάνδρου, οὔτ' ἐπὶ τὸν Μαίανδρον τὰ Μαρσύου. εἰ δὲ ἀμφοῖν εἴη, διαιροῦνται τὸ δῶρον. Credite posteri.

Ἐν γάρ οἱ στέρνοισι θράσος βάλε Τριτογένεια]

Ὄφρα γε δυσμενέεσσιν ὀλέθριον ἦτορ ἐφείη] Eius iniecerat pectori constantiam Pallas, vt in hostem perniciabile cor [suum, seu animum infensissimum] inferret. Pari venere venatori pugnanti postea tribuet ὀλέθρι[illegible]τορ, quo ille tunc indubie vtitur, alioqui non ἀπεργοδιονύσως reponi potuit ὀλέθριον οἶτον.

— Ἀρηΐφιλος Πολυποίτης] Homer. Il. β.

——— Μενεπτόλεμος Πολυποίτης
Τὸν ῥ' ὑπὸ Πειριθόῳ τέκετο κλυτὸς Ἱπποδάμεια.

Aliter

